

**CALENDARIOGRAPHIA  
S PARTIS GENERALIS  
DIATRIBE PRIOR [-  
POSTERIOR] ... SUB  
PRÆSIDIO...**

---

Christian Gueinz, Christian  
Scharschmidt, Valenti Gonzaga

*Magnificis, Amplissimis, Nobilissimis, Consultissimis,  
Experientissimo, Spectatissimisque,*

Dn. D. GEORGIO-ADAMO BRUNNERO,  
in *Mücheln & Crousdorff* Hæreditario, Capi-  
tuli Archiepiscopatus Reverendissimi Consi-  
liario gravissimo.

Dn. JOHANNI KOSTIO, Amplissimæ Hall.  
Reip. Consuli meritisimo, Scholarchæ hono-  
ratissimo.

Dn. JOHANNI-GEORGIO BOHSIO, Syn-  
dico Ejusdem Reip. dignissimo, & Comitatus  
Mansfeldiaci Consiliario, peculiari nomine su-  
spiciendo.

Dn. D. ADAMO TIMÆO, Archiepiscopa-  
tûs Magdeburgici in Comitatu Mansfeld. Offi-  
cii Supremæ Inspectionis Substituto.

Dn. D. BENEDICTO OHEIMIO. Phy-  
sico & Medico inelytæ Reip Hall. Ordinario.

Dn. BALTHASARI REDELIO, Ejusdem  
Urbis Camerario Præcipuo

*Dnn. Patronis, ac Favoribus suis, omni bo-  
noris genere mandandis*

Hoc, quicquid est exercitiis  
sacratum cupit

R.

**P**er paucos inter mortales reperiri, qui bonas complectentes diesq; astimantes, ali-  
quod pretium temporis ponant, jam olim  
morum vitiorumq; publicorum, & descri-  
ptor verissimus & accusator a: errimus  
pronunciavit Seneca epist. 1. Cui si ab inferis postlimi-  
niò re verso hodiernam verum faciem contingeret intu-  
eri, prob! quantum querelarum vibraret! quàm libe-  
rè censoriam virgulam distingeret! Adeò neminem,  
ferè natum, etiam Diogenis lucernâ quarenti, invenire  
licet, qui sumptuosissimam temporis jacturam cogi-  
tans, aut honestam ejus avaritiam exercens, id ipsum  
ita dispenset, ut neq; rationi quicquam ad bonè agen-  
dum desit, neq; libidini quicquam ad malè agendum, su-  
perst. Scilicet in supervacaneis redundantes circa  
bonesta deficiamus, judice Plutarcho. Nos verò, qui peri-  
re omne tempus non impertitum studiis non cum Plinio  
Epistolographo nescimus, temporis pretium facturi ar-  
bitramur, si quantum ceteris ad suas res obrundas tem-  
poris conceditur; quantum alii intempestivo convi-  
viorum apparatus; quantum alea, quantum fabulis;

Tantum nobis ad hac studia Chronologica, quae prisca Sapi-entium natio calluit coluitq; recolenda sumoserimus. Proinde, cum in priore disputatione aetum sit de tempore, ex motu secundum naturam, considerabimus in hac posteriori tempus secundum affectiones. Sit igitur

### THESIS I.

Consideratur autem tempus secundum affectiones vel distinctim, vel conjunctim

2. Distinctim, vel in notis, vel in festis.

3. Nota sunt vel respectu temporis Astrologici, vel Chronologi. i. Illa sunt Cycli & Epactae.

Aetum vocat Canonem Mathematicum nimis generali vocabulo & ambiguo; quia Canones aliis plures. Alii vocant Notas, uti Origanus: & melius, qui notant accidentia temporis. Posset etiam dici Practicus computus.

4. Cycli vel est Solis, vel Lunae.

Duo enim isti imprimis sunt necessarii.

5. Illius notanda partim Definitio: Cycli Solis est systema 28. annorum constans ex septem Julianis lustris. *Baker in manud. Chron. l. 2 c. 3. c. 5 Neand. in Sphaer. p. 154.*

Dicitur Solis cycli minor, non quod motum, sed diem Solis & literam Dominicalem ostendat. Cum autem 7. dies 7. quoque priores literae Alphabeti adhibentur. Haec 28. annis pristinae sedes repetunt. Quia vero bissextus quarto quoque anno seriem turbat, aliis quovis septenario ad tuum principium rediret, ideoque septenario quater multiplicato absolvitur. *Schreker'suchf. de septem Calend.*

6. Partim inventio per observationem. Invenitur verò si novem ad annos datos addas, aggregatum  
per

*per 28. dividat, qui residuus numerus, est cyclus Solis. Si nullus, est 28 Quotiens exhibet revolutiones hujus cycli à nato Cbrillo.*

Novem adduntur, secundum Dionysium, quia nato Christo nonus erat. Per 28. dividitur, quia tot annos totus cyclus continet. Hac autem Methodo utere, si post Christum natum dati anni: Si ante Christum natum deme decem, quia Christus natus ad principium anni habentis 10. cyclum ☉, residuum post divisionem subtrahas à toto cyclo seu 28. *Schonb p. 64. Calvis. in Elench. c. 2. Gigan l. 1. prob. 24. c. 14.*

*7. Et per applicationem: Residuum monstrat in schemate literam Dominicalem: quod si dua est bissextus & prior usq. ad festum Mattheæ, posterior post usq. ad anni finem durat. Schema vide apud Origan. p. 59.*

Est autem litera Dominicalis Dominicam & seriat per annum ostendens, secundum versum:

*Grandia Frenet Eques, Dum Cernit Belliger Arma.*

Sic proceditur in Calendario Veteri. In Calendario autem Novo, nota differentiam dierum, quibus antecedit Verus (differentia ista imprimis post 1600. est decem dierum: Post 1700. sunt undecim dies: Post 1800. dies duodecim: post 1900. dies tredecim: post 2000. etiam tredecim) ex hac abijce 7. residuum monstrat, quot literæ à literâ Vet. Cal. inventa exclusivè secundum ordinem Alphabeti sint numerandæ. Si binæ, incipe à priori, ut hujus anni in Veteri Calendario est A. Igitur abjectis 7. remanent 3. & est secundum ordinem exclusivè ab A. D. Quia enim annus habet 32. hebdomadas & unum diem, variatur, & quarto quoque dies intercalatur. ergo binæ literæ Dominicales in quarto anno. *Origan. p. 56.*

*8. Sic fuit Solaris; sequitur cyclus Lunaris cujus definitio quod sit Systema 19. annorum Julianorum.*

Dicitur & Enneadecatericus, seu decennovennalis, à Metone inventus: quod in 19. annis omnia plenilunia & novilunia,

ferè quoad sesquihoram redeat. *Calvis. in l. allegato.* Itè aureus numerus. Vel. quod Alexandrini Mathematici ad Romanos tum temporis terrarum Dominos in tabella argentea scriptum aureis literis miserunt. Vel 2. quia sicut auro mediante fiunt omnia venalia, ita per hunc inveniuntur festa mobilia, & potissimum pascha. Quavis hic Dionysianus numerus per 300. annos per diem variet, hincque non amplius præstet quod pollicetur. Interim retinetur ad historiarum Epochas conservandas *Schonborn. p. 63.*

9. Et inventio: *Addatur datis annis unitas & aggregatum dividatur per 19. Si residuus numerus, est is cyclus Luna; Si nullus est, 19. Quotiens exhibet revolutiones.*

Sic proceditur, si dati anni post Christum natum; Si vero ante natum deme 2, divide per 19, residuum subtrahat à 19. Ratio addendi & subtrahendi est eadem quæ fuit cycli Solis. Et quia in Novo Cal: idem remansit, qui in Veteri, est etiam eadem inventionis ratio. Ut hoc anno 4. *Calvis. in formul. Calend. c. 2. & in Elench. s. 15. in Chron. Isagog. p. 92. Bohem. in manu. lib. 2. c. 5. s. 4.*

10. Sic fuit Cyclus; sequuntur Epactæ quarum definitio. *Quod sint excessus dierum, quibus lunarem annum superat Solaris communis.*

Sunt ab ἐπιπλεον δία, quia inferunt intercalares dies. Germanicè *der Hündzelger*; à Diocletiano primum introductæ Sunt autem 11. dies, quibus Solaris Lunarem annum superat. Hic quia cum annis crescunt, ne infiniti fiant, constituunt 30. dies embolismalem mensem & tunc annus embolismalis est 13. mensium. *Calvis. Schreckensuchsf. Schonb. Giga. lib. 1. c. 14. probl. 16.*

11. Et inventio per operationem: *multiplicatur aureus numerus per 11. productum dividitur per 30. quod restat sunt Epactæ.*

Per 11. multiplica, quia tot sunt dies anni solaris & lunaris intercalares: Siquidem ille habet 365. hic 354. dies. Divide per 30. quia nulla ætas Lunæ ultra 30. Residuum post mensem embolismalem anni sequentis Epactis jungitur. Sic procedis in Calendario Veteri. In Novo subtrahæ differentiam 10. dierum usque ad annum 1700. ex Epactis Veteris anni & habebis. Si subtractio fieri nequit adde 30. ut hoc anno in C. N. 4. multiplicentur per 11. sunt 484. divide per 30. remanent .4. Videatur *Calvici. in Elench. c. 13. & seqq.*

12. Per applicationem: *ex Epactis atas Lune singulis diebus disci potest.*

Ad datum diem adde Epactas, aggregatum abjectis 29. monstrat quot dies absint à noviluniis, si mensis est vel ante Martium. vel Martius ipse; si post, numera quotus sic Martii exclusivè, tot unitates adde Epactis & habebis quæsitum. Sed de his vide *Cal. in Elench. l. 1. c. 16. & lib. 2. c. 1. Gigas. d. l.*

13. Si respectu Temporis Astrologici; Sequitur respectu temporis Chronologici seu Politici, & est vel Indictio, vel Epochæ.

14. Indictionis definitio, quod sit *Systhema 15. annorum Solarium constans ex 3. lustris Romanis.*

*Scaliger* putat dictas ab edictione ludorum Panegyricorum, à Constantino anno 312. instituta; Sed plerique quia earum sic mentio ante Constantinum, censent Octavium Augustum instituisse anno ante natum Christum tertio, ut qui in remotioribus locis viverent, uno quoque lustro tributum Solverent, & quidem in fine primi aurum ad dominationis typum; in fine secundi argentum ad stipendia militum; In fine tertii ferrum, ad armorum, reparationem. Hoc confirmat Germanica appellatio, *der Römische Zinsjahr* / *Schönbor. p. 143.* Ne verò memoria elaberetur, iussu Cæsaris aëtis publicis inferenda est Indictio secundum *Novel. auth. 47.* Id quod notarii adhuc observant. Et inchoatur à 24. Septemb. quia  
ibi

ibi ex Imperatorum sententia incipit, scilicet ubi ob maturitatem frugum optimè solvi poterant tributa. Pontifices post natum Christum à Calendis Januarii ordiuntur; Constantinopolitani à Calendis Septembris.

15. Et in ventio; Dato anno post natum Christum adde 3, aggregatum divide per 15, residuus numerus erit. Si non, est 15. Quotiens exhibet revolutiones.

Secundum versiculos:

*Si tribus adjunctis, Domini diviseris annos*

*Ter tibi per quinos: Indictio certa patebit.*

Ante natum Christum verò deme 4. divide per 15. residuū subtrahit à toto cyclo scilicet 15. quia anno quarto Indictionis Christus natus teste Dionysio. Schönb. p. 144. Origan. p. 16.

16. Sic Indictio; sequuntur Epochæ, quarum definitio; quod sint termini temporis Chronologici.

Epochæ quasi retentio temporis; unde reliqua mensurantur. Æra corrupta & confusa vox, quasi, A. Er. A. id est, annus erat Augusti Beroaldus l. 4. c. 4. Chronic. Aliis Hera est idem quod monarchia. Scal. lib. 1. de Emend. p. 18. lib. 5. p. 336.

17. Et divisio, Epochæ est vel Astronomica, & est radix motuum Cælestium. Vel Chronologica seu radix temporis. Et nihil aliud est quam notabile aliquod tempus ob insignem aliquam rem gestam, à quo supputatio temporis inchoari solet.

18. Estq; vel sacra, quæ respicit res divinas; Vel Politica, quæ respicit humanas.

Sacra est Epochæ Incarnationis hujus anni 1637. Passionis 1604. Creationis 5587. Diluvii finiti, quod per annum integrum Solarem



Solarem duravit, 3930. Anni Juliani 631. Liliæ correctionis 54. Augusti seu æra Cætaris, seu æra ænis id est fisco solvendi 1673. Videantur Chronologi.

19. Siede Notis; sequitur de Festis. *Sunt autem festa certa tempora in bonorem Superioris desti-  
nata.*

Videatur Macrobius lib. 1. c. 16. Dresserus, Hospinianus. Quamquam enim dies omnes sancti sint juxta illud Pauli Col. 2, 6. Tamen cum studium pietatis ob carnis infirmitatem subinde interrumpatur, dies festi & sacri rectè Ecclesiæ consensu ab aliis diebus sunt distin-  
cti. Origan in introd. c. 4 p. 73.

20. *Sunt autem festa alia Ecclesiastica, alia Po-  
litica.*

Vocatur aliàs festum feriarum, vel à feriendis victimis quæ illis diebus offerebantur; vel à ferendis epulis, quæ fiebant ex pecudum frugumque proventibus Isid. lib. 5. c. 30. Moysnerus in Evangelis festival. in presat.

21. *Festa Ecclesiastica Novi Testamenti vel con-  
siderantur & dividuntur respectu objecti, quod alia  
sint generalia, alia particularia.*

Quia quædam in tota Ecclesia observantur, quædam tantum in quibusdam locis.

22. *Generalia sunt vel hebdomaria, ut est dies  
Dominicus, qui in locum rejeçti Sabbati Judaici est  
substitutus & ordinatus.*

Causæ sunt 1. quia Deus mundum creasse dicitur hac die ex Gen. 1. v. 1. 2. quia Christus hac die resurrexit ex Matth. 28. v. 1. & Marc. 16. v. 1. Vocatur aliàs dies regalis, dies panis à Sacramento cœnæ, dies lucis & Solis propter Christum Solem justitiæ Mal. 4. v. 2. Et 3. quia ejus expressa mentio Apoc. 1. v. 10. Cyril. 17. c. 58. Euseb. l. 4. de vita Constant.

c. 18. Just. Apol. 2. Meisa in l. allegato. Et ne videantur cum Judæis consentire ex Concilio Laodicensi Origan. l. 17. p. 77.

23. *Vel anniversaria, quæ vel communia, ut festum Nativitatis Christi, Circumcisionis, Apparitionis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis.*

In 1. memoriam scilicet beneficiorum maximorum nobis exhibitorum: 2. Fidei confirmandæ gratia per auditum verbi. Et quia 3. ubi duo vel tres congregati, ibi Christus in medio Matth. 18. v. 10. Tertull. lib. 2. adversus gentes c. 39.

24. *Particularia sunt quæ non ubiq; observantur.*

Ut festa vel in memoriam Dei, vel Sanctorum, quæ, ut illa ad inveniendam unitatem; sic hæc ad indicandam libertatem celebrantur Meiserus d. l. Origan. d. l.

25. *Vel dividuntur respectu affectionis, quod alia festa sunt immobilia, alia mobilia.*

26. *Festa immobilia sunt quæ in certis mensium dies incidunt.*

De sede seu intervallo festorum immobilium vulgares habentur versus:

*Sex sunt ad Puribus sex sunt usq; Philippi:*

*Jacobi totidem atq; novem sunt ad Michaellem:*

*Sex ad Martini: Sex ad Natalia Christi:*

*Adde dies octo totum complebitur annus. Schönb. p. 55. & de Sacro Bosco in computo.*

27. *Festa mobilia sunt quoad definitionem quæ in alium atq; alium mensis diem incidunt, secundum Lunæ varios motus.*

Tales

Tales sunt dies Dominicus, Pascha & ferie omnes, quæ in Paschate numerantur.

28. *Quoad inventionem occurrit ratio inveniendi respectu fundamenti & respectu intervalli.*

Fundamentum est Pascha. Ab hoc enim omnia dependent. *festa Calvis. in Elench. Schonb. p. 55. Origan. p. 80.*

29. *Pascha autem invenitur in Veteri Calendario per aureum numerum, ut qui Lunationum index, & per literam Dominicalem.*

In tabula is quaeritur in latere, hæc è regione. Tabula habetur apud Origanum p. 85. in bissextilibus litera proxima sumitur. Hic notes:

*Pascha nec undenas Aprileis ante Calendas.*

*Nec post septenas Maii valet esse Calendas.*

Ratio est, quia nunquam 21. Martii celebratur, ut qui præsupponitur dies æquinoctii: & prior non potest esse dies Dominica, quam 22. Martii, sequens est, si in 21. Dominica & concurrat 14. Luna, differtur ad Octiduum. Ergo prior terminus non datur nisi 22. Martii, nec ulterior quam 25. Aprilis. *Gigas c. 14. lib. 1. probl. 21. Schonborn.*

30. *In Calendario Novo inquiritur per Epactas, ut qua lunationum indices.*

Quare plenilunium primum post æquinoctium & litera Dominicalis proximè sequens ostendet Pascha Novi Calendarii, Origan. p. 81.

31. Sic de fundamento: Intervallum per divisionem est vel minus, vel majus.

32. *Intervallum minus nihil aliud est quam spatium hebdomadarum inter Nativitatem Christi & Dominicam Estomibi.*

Ubi & sunt Dominicae Innominate. *Minus in Veteri Cal.* inquiri-  
tur per datum aureum numerum, hunc quare in latere sinistro ta-  
bellæ apud *Origan.* p. 83. in fronte literam Dominicalem, angulus  
communis monstrat septimanas, diesq; concurrentes supra literã  
Dominicalem scriptos. In *Nova Cal.* quare lit. Dominicalem in ta-  
bula p. 84. in latere, Epactas in medio, tempus in fine habetur.  
Seu notentur versus *Calvisii*:

1	2	3	4	5
Expetat	AKTOTA	Fulgorem	Pulsante	error:
6	7	8	9	10
Cesariem	faciat	Depondere	gurgite	Crebro:
11	12	13	14	15
Articulos	dapfer	Gyrũ	exploret	alufiss:
16	17	18	19.	

*Damno: Barbatos: Egomet confidero: nullum...*

H. versus 20. cõtinet dictiones, sed ultima nihil significat. Ergo 19.  
Aureo numero respondent. Si ergo aureus numerus notus, cõside-  
retur dictio sub eo, quot literæ, tot septimanæ, si addideris cõcur-  
rentes dies, intervalli minoris. Si litera Dominicalis anni dati &  
prior in bissextili antecesserit inittalem dictionis inventæ in ordi-  
ne Alphabeti adde septimanam.

33. Intervallum majus est tempus inter *Pente-  
costen & Dominicam primam Adventus.*

Hoc facillè invenitur ex tabella apud *Origanum* p. 85. ex inter-  
vallo minore. Secundum versum:

*Adventus Domini sequitur solennia Lini.*

Seu quare in Calendaria Lini 26. Novemb. & Barbaræ 4. Decem-  
bris, inter hos dies duos litera Dominicalis incidens Adventus  
Dominicam habet. Ergo reliquæ sunt intervallum majus. *Schon-  
bornim.*

34. *Per applicationem quoad principium: Reli-  
qua*

*qua tempora ut etiam habeantur, ante omnia scias oportet, in quem diem mensis Esto mihi incidat.*

Hic ita procedas: 1. intervalli minoris hebdomadas per septimanam multiplicationem converte in dies, addas producto dies concurrentes. 2. ex producto demas 7. sc. qui à Natali Christi ad Cal. Januarium numerantur. Et residuum monstrabit Dominicam Esto mihi. A residuo tamen subducantur 31. pro Januario. Post si numerus patitur 28 Febr. anni Communis, 29 bissextilis. Residuo numero addas unitatem & habebis diem mensis Martii in quem cadit Esto mihi. Si verò non patitur isti addas unitatem & est dies mensis Februarii, Dominica Esto mihi.

*25. Quoad numerum: Hac Dominica cognita, facile possunt adjungi reliqua mobilia festa.*

Si dies Dominicus cadit inter festum Circumcisionis & Epiphaniarum, dicitur feria post Natalem Christi. Post Esto mihi sequuntur Dominicæ ordine Secundum versum:

*In: Richter: Oculi: Le: antes: Junge: Palumbes.*

*Invoc. Rem. Ocul. Lat. Jud. Pal.*

Tandem Paschalis festivitas. Post quam, nota versus:

*Quem: Mea: Jusserunt: Carmina: Victor: Erit:*

*Quasi. Miser. Jubil. Cant. Voc. Juc. Ex.*

Tunc sequitur festum Pentecostes, Festum Trinitatis. Post hoc Dominicæ eo, quo istud sequuntur, ordinis nomine insigniuntur, usque ad primam Dominicam Adventus: quæ invenitur ex literis Dominicalibus. Si enim est A. erit 3. Decemb. Si B. 27. Novemb. Si C. 28. Decemb. Si D. 29. Si E. 30. Novemb. Si F. 1. Decemb. Si G. 2. Decemb. Reliquæ quatuor Dominicæ donominantur ordine. Quarta tamen septimana rara est completa, nisi Natalitia in diem Solis incidant. *Clavium 6. 7. 11. 3. Apolog. Organ.*

36. Sic fuerunt Ecclesiastica festa; Politica apud Christianos quidem adhuc sunt tum quatuor tempora.

Vulgò Quatember, Germanis Fronfast dicta secundum ritum.

Post crux, post Cineras, post Spiritus atq; Lucie.

Sed tibi in Angaria quarta sequens feria.

Hæc tempora incidunt semper in diem V & quidem priora à duobus festis mobilibus scilicet Quadragesimæ & Pentecostes: Posteriora à duobus immobilibus scilicet Exaltationis crucis in Septembri & Lucie in Decembri. Si hæc in diem Mercurii incidant, sequentis septimanæ dies Mercurii est Quatember.

37. Tum dies Caniculares qui notantur ex vulgato versiculo:

Margaris os canis est, caudam Laurentius affert.

Propriè dicuntur illi quibus uterque canis cum Sole oritur. Scilicet quando Sol in Leone existit quod fit à 13. Julii: ad 13. Augusti. Schönborn p. 78. Origan. p. 87.

38. Dies pro festi sunt quibus vitæ humanæ utiles res exercere licet.

Et sunt plerique omnes. Inter quos sunt concurrentes qui à Festo Natalis Christi usque ad Dominicam proximam numerantur. Cognoscuntur autem ex litera Dominicali. Si A nullus, si C unus & ita consequenter secundum versus:

Tu concurrentes cognosces ordine tali:

A nil: unum B: C duos: D tres tibi monstrat:

Quatuor E prabet: E quinos G tibi sex dat.

39. Sic distinctim: Sequitur conjunctim in Calendario, quod est digestio temporis.

De eò conficiendo videatur Schreckensuchf. de septem Calendariis. Ranzovius de Calendariis, Origanus, Schönbornius.

40. *Est q. vel vetus seu Julianum, vel Novum seu Gregorianum quod ad 10. dies anticipat.*

De his allegati autores. Aliis est 1. Hipparcheum. 2. Armeniorum seu Persarum. 3. Judaicum. 4. Julianum. 5. Coeleste. A di Scalig. in *Canonibus* p. 20. & 193. De novo *Calvisium* in *Elencho*, Müllinum de eodem. *Reinking. lib. 3. l. 1. c. 4.* de Regimine seculari & Ecclesiastico.

Tabula cycli Solaris & literarum Dominicalium ad thesin 7.

Numeri Cycli Solaris	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Litera Dominicales	G	E	D	C	B	G	F	E	D	B	A	G	F	D
		F			A				C				E	
Numeri Cycli Solaris	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
Litera Dominicales	C	B	A	E	D	C	A	G	F	E	C	B	A	
			G			B				D				

RESPONDENTI.

**F**astorum varias species qui digerit anni;  
 Qui scit quo vertat tempore *Phebus* equos:  
 Litera quæ *Domini* qui scit, quæ *Solis Epacta*,  
 Quis verus *Luna*, *Solis* item quæ *Cyclus*.  
 Et quæ sint *Epochæ*, quæ quæ *intervalla* dierum,  
*Mobile* quod *festum* quilibet *annus* agat.

Est

Est *faber* ille mihi Ptolomæi *gnomona* doctus,  
Architæ *radius* Pythagoræque *Cyclum*.  
Singula SCHARSCHMIDIUS per fastos digerit. Ergo,  
Pergit ut, in fastis debet habere locum.

*ita optat*


Gueinzius.



Ergò Rochlitium lateas licet, usque latebis &  
Nec FABER iste Tibi cudat honoris opus &  
Nequaquam, cudat cumulos & vindicet aptum  
Nomen. huic (Summo dante) MINISTER ero.  
Non quales Brontes, Steropes cudere Pyracmon,  
Sed Jovis è cerebro nata Minerva dabit.

*eis τὸ τῆς Φιλίας σέβασμα  
adjicere voluit*

Daniel Osener Sympatriota.



F I N I S

